Quaestio Cardinalitia agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 10a Martii. M.

Joanne Liebaut Moderatore Prudentissimo.

An Cordis παλμῷ Phlebotomia?

Ut humanum Corpus diu aut periculosè, sic dubiè aut consequenter suos morbos patitur. Dysenteriae longae sunt, et cum cibi fastidio ac febre perniciosae, utraque; [illegible] curandae. Epilepsia morbus acutus, mulieribus gravidis periculosa. Nephritis renibus cibo repletis dubia est, lacte et caseo irritari solita. Causo qui corripiuntur magis biliosi quam pituitosi, doloribus et malis thoracis obsessi, supra diaphragma mitiganda. Decursio sanguinis subtilis semper in malis judicandus. Ac inde morbi aut longi sunt aut breves, aut lethales aut non lethales, dubii aut consequentes. Si quoque per tempestatem et aeris raritatem vere vel malo se habent, vere aquilonio et sicco, quibus in hoc partus incidit, abortiones frequentes sunt, quas sanguinis missio prohibet. Lenibus fluxiones brevi perniciem allaturas. Sic quibus quibusvis temporibus et naturis morbi rigent, ita vel his minus periculi a se, magis vero a dissimilibus imminet. Partium etiam et morborum sua analogia. Lethargus peripneumonias, [illegible] [illegible] hepatis diuturnus morbus est. Pleuritis vero, acidum ructantibus raro molesta membranarum costas succingentium obsidet. Phthisis in pulmone vix consolabile malum. Palmus in corde frequentissime suscitatur, in ossibus, membranis, cartilag. et nervis numquam. Ita singulis locis et sedibus sui sunt mali genii. Vel ex humoribus quidam promptius aliis, sic spiritus saepe intactis humoribus vitium contrahunt.

Cor sedes animae quae reliquis imperat, omni morbi genere raro offenditur, crebrius vero a venenatis. Ejusdem sunt pestis, quas sectores vomitus et gravaedines [illegible] statim, quales lues venerea non nisi cum tempore invehit. Hecticas febres quibus aegri primo quoque tempore a se [illegible] mutantur. Canum rabies dum prava diathesi in tractu temporis cordi intulerit, post aliquot menses hydrophobiam accersit. At vero syncope nullius intemperiei cordis, sed potius eius spiritus malo habentium soboles, omni affectus eiusdem cordis symptoma funestissimum, si cum totius frigore et sudore diaphoretico suboriatur. Lipothymia, et eclysis syncopes judicia sunt, et emphysematis cordis. Cardiogmos cordis vehemens motus aliquid palmodes refert. Cardialgia in lumborum dolore sine febre potissimum in melancholicis haemorrhoides praenuntiant. Cordiaca immunibus valde familiaris. Tremor in cor, quod nervis caret, non cadit, etsi in solo nervoso genere non reperiatur. Tremor et palmos quid habent commune? Utrumque; sit involuntarius. At tremor depravatus facultatis animalis est motus partim a pondere, partim a voluntate editus, arteriarum pulsui ac praesertim formicanti non absimilis, Coctione mala, vomentibus cibis procurata, [illegible] fortior [illegible], vel et manuum torpor ac segnities ob [illegible] post horam varicosa dispositio, tum maxime si malum humorum [illegible], Palmos contra.

Palmos cordis perennem modum habentis per naturam motus est vehementi diastole, et systole molestus, haud levius quam cerebri Epilepsia in hoc parvo loco non dimovetur. Palmos cordis [illegible] causa est intemperies frigida palpitationes per totum corpus cum nimia refrigeratione, et vocis privatione sunt. Crassus etiam halitus modo cordi inclusus, aut [illegible] per arterias aut venas ad cor delatus, aut aliunde vel ab utero, hepate, liene, ventriculo et proximis visceribus importatus, modo tuberculus aut abscessus aliquis in corde genitus. Alias nimius per modum colliquationis in cor illabitur a quo aegri falso asthmatici saepe creduntur. Nimius quoque; crassus, et viscidus, aut nimius sanguinis in sinistro cordis ventriculo. Interdum humor paulo auctior in pericardio. Eiusdem ipsi cordi adhaesio. Pulmones pericardio affixi, vel aliqui malo affecti. Saepe multus sanguis in juvenibus ardentibus et ephebis quibus haemorrhagia praesens est remedium. Saepius ventriculus frigidior, et hepar calidius vero [illegible] [illegible] nimia sordes prodeuntes multus. Saepissime obstructiones varias ilei quas hypocondriacas, iliacas, qui non multum praedominantes sunt, maximam palpitandi occasionem suggerunt. Item mensium fluor nimius, aut eorumdem intempestiva retentio et non satis opportuna suppressio.

In Morbo et per sanitate cum variam pulsus vel magno in parvum, veloci in tardum, raro in frequentem, molli in durum, et voluti serrantem, magna sunt palpitationis argumenta, maxime vero quas in cordis regione persentitur pulsatio. Cor in palmo etsi contra naturam moveatur, non est nervosum arterias [illegible] modo moveri, vel nec palpitantibus arteriis cordis motum immutari, multoque; minus in eo dilatari cor, quia impletur; aut subsidere quia depletur, sed quia aliunde dilatari ac depleri cogitur. Palmo obnoxios arguit conspicuus arteriarum motus, et frequens earumdem micatio. Hic in senibus ac pueris vel et pulsus intermissio, minus quam in juvenibus periculosus. Si cum animi deliquio aut vehementer, frequenter, et sine causa manifesta fatiget, repentinam mortem minatur. Funestus etiam est, si ab adhaesione pericardii, aut colliquatione contingat, aut si nulla nausea biliosaque; vomitu quantumvis copioso, solvatur.

Praecavendas aut curandas palpitationis nullum praesentius remedium missione sanguinis ex alterutrius brachii vena, saepius ad lipothymiam, aut etiam ex poplite, vel malleolo. Illius vicem supplere poterunt cucurbitulae cum profundo scarificatu, aut hirudines admotas sub alis aut inguinibus, maxime vero natibus. Victus tenuis, et extenuans hic conferet. Varia quoque; purgatio et pilulis de hiera, aliisque; catharticis non scammoniatis, sed ex sena, agarico, et [illegible] confectis. Clysteres ex carminantibus et cardiacorum decocto saepius frequentes. Robur cordi conciliandum variis cardiacis, potibus ex aquis stillatitiis, theriacali, cinnamomi, florum aurantiorum, olei citri, maris, rorismarini, caryophyllorum, vitrioli potius, quam auro potabili. Restaurante cordis cervini, porcini, bovini. Modo syrupis ex succis malorum redolentium, citri, limoniorum, granatorum dulcium, persicorum, melissophylli, alias opiatis ex confectionibus alchermes, de hyacintho, mithridatio. Interdum conservis florum betonicae, prunorum. Non raro electuariis de ambra, laetitiae Galeni, saepissime pulveribus eboris, cornu unicornis, cornu cervi, ossis de corde eiusdem. Topicis balanga, cypri, et capsulas. Pomis odoratis ex styrace, calamintha, ligno aloes, zedoaria, ambra, et ladano. Vitae carporum cum oleo nardino, moschellino. Appensus pectori ad regionem cordis lapis bezoar. Inclusus quoque; in annulo lapis hyacinthus, aut granatus, aut achates in digito, aut collo gestatus singulares palpitationis praecavendas amuleta.

Ergo Cordis Palmo Phlebotomia.

Ponebat Carnotus Ceibault Pontifaranus 1580.

BIBLIOTHÈQUE